



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Antisagoge.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

— fuit et sibi et alii
Anchises genitor, Dauni misereve senecta.
Anadiplosis.

Aquila. Reduplicatio. Rarum apud oratores figura genus, frequentius apud poetas; si quando tamen, & in ciuilem orationem incidit, mediocrem dignitatem habet. Interest autem inter hoc, & palilogiam, ac cpanalepsin, quod hic ea, quæ in superiore membro postrema ponuntur, in posteriore prima repetuntur, ad hunc modum. Concurrerat ad tantæ rei nuntium, sicut commune ciuitatis periculum monebat, senatus frequens, equester ordo vniuersus. Tale est & illud Teretianum, Negat Phanium esse hanc sibi cognatum. Demipho negat esse cognatam.

Jul. Ruf. Anadiplosis item est eiusdem verbi continuatim repetitio, vt,

Et longam formase vale, vale inquit, tota.
Et, OCorydon Corydon, que te dementia cepit?
Et, Me, me, adsum qui feci, in me conuertere seruum.

ORutuli. Latine dicitur hæc figura *duplicatio*, Vide Palilogiam.

Anarepsis.

Huius figuræ meminit Hermogenes, & exemplum affert illud Demosthenis, οὐκ ἴδιαις ἐρείχεται τὴν πόλιν, οὐδὲ πρὸς ἰσθμὸς ἐγγύς, οὐδ' ἐν τούτοις, videtur grauis quædam responsio, nam ἀνοίξω, est consilia respondere.

Analepsis.

Eadem reductio et anastrophe. Repetitio eiusdem sententiæ, vt ostendam primum causam non fuisse, cur à Prætoribus postulares, vt bona P. Quintij possideres, deinde ex edicto te possidere non potuisses, postremò, non possidisse. Differt ab anaphora, quòd hæc sit repetitio in principijs sententiarum.

Ananctos.

Encl. Lup. Hoc schema tunc prodest, atque omnis eius utilitas in eo est: cum volumus ostendere necessitudinem aut naturæ, aut temporis, aut alicuius personæ: quemadmodum fecit Myron, Amicus meus fuit Cremonides, & opinione omnium magis familiaris: & pro salute eius, quæcunq; potui feci: sed postea quàm maior vis legis, nostrum auxilium ab illius periculo remouit, calamitatis, ac luctus eius particeps eram. Nam opitulandi facultas om-

Myron.

nis crepta iam fuerat. Item Democharis. Nihil enim valebat assidua pro fratre, ac misericors deprecatio, cum iudicaret tyrannus: cuius crudelitas omnem naturæ necessitudinem extinguebat.

Anafæno.

Est superiorum proxima figura (schæcos, anthyphoræ, &c.) qua ab aduersarijs maxima proposita distribuimus, ac redarguimus, velut falsa, vt

Nunc Lycia serues, nunc et Ioue missus ab ipso

Interpres diuum fert horrida iussa per auras.
Latine dicitur *destruatio*, vel *euacuatio*.

Anastrophæ.

Ἀθέτως θέτις ἐν δεινῆρα τοῖς, vt ἐμοῦ μέτρα.
Verus scholiast. Græcus, Anominatio in paronomasia.

Antihypophora.

Est figura sententiæ, qua aduersariorum nobis sententias ac dicta proponimus, ac substituiamus, in hoc tantum, vt illis respondeamus, vt:

Verum anceps pugnae fuerat fortuna, fuisset. Si perisisset satis semel est, peccare fuisset ante satis. Latine dicitur *oppositio*, vel *obicitio*.

Antimerabole.

Commutatio, vt [Non uiuo, vt edam, sed edo, vt uiuam, 4. ad Herenn.] Hæc eadem *Diallelon*, & *Anaclastis*.

Antisagoge.

Compensatio. Est autem huiusmodi, vbi aliquid difficile, & contrarium confitendum est: sed contra iniecit non minus sumum: qualia sunt hæc de rege Ptolomæo apud Cicero-

nem. Difficilis ratio belli gerendi: at plena fidei, plena pietatis. Et si dicas, magnus labor, multa pericula proponuntur: at gloria ex his immortalis est consequutura.

Antiphrasis.

Est figura sententiæ, cum quædam negamus nos dicere, & tamen dicimus: vt apud Lucilium, [Non tango quod auarus homo est, quodque improbus, omitto. Et apud Virgilium.

Quid memorem portum, Lucrioque addita claustra:

Latine dicitur *omissio*. Alias antiphrasis est:

Demosoch.

Jul. Ruf. p. 36.

Jul. Ruf. p. 38.

Prolepsis.

Subiectio.

Aquila p. 16.

Strav. Ἐπιπέων

ἄντ' ἐν ἴσῃ.

ἀντιθέτως.

Alexand.

Rhetora.

Jul. Ruf. p. 37.